

/ Ser^{me} Princeps.

Vidi perlibenter Excellentissimum oratorem, D. Franciscum Contarenum equitem, quem Serenitas Vestra ad Summum Pontificem destinavit. Idem autem testari poterit observantiam meam erga Serenitatem vestram, et universam Remp. Venetam. Et quemadmodum Serenitati vestrae gratias ago, quod per eundem oratorem me visitare, et suis etiam literis honorare voluerit: ita precor Deum, ut eandem vestram Serenitatem diutissime incolumem, et universam Remp. florentissimam, et felicissimam esse velit. Datum Romae, die 20 iunii 1607.

Ser^{mae} Cels^{nis} v^{rae}

Addictissimus servitor

Robertus Card^{lis} Bellarminus.

Venezia, Archiv. di Stato, Collegio. lettere cardinali 1605=1608.